

dem, patet ex iamiam disputatis. Vide illa! Et etiam vidabis, quam valde inimici ipsi, intellige Socinianos, licet inuite, vere tamen, diuinitatem Christi per ipsa sua placita corroborent. Qua propter si ea, quae dixi, sole ipso illustriora et clariora sint: si omnia dixi, hausta ex fonte librorum, quibus Sociniani symbolicam attribuunt auctoritatem: si tota disputatio nostra omnem sibi fidem rationibus confirmat: si integra et incorrupta veritas manet, quae in divinitate vera hominis latet (Sect. I.), quaque sublata ipsi de hincrum omnium argumentorum virtute desperaremus: si placita Socinianorum ipsa loquuntur, magistra ac duce, ratione, nihil esse saluatorem, nihil summum ipsius sacerdotium, nihil munus ipsius propheticum, nil regimen, nisi Christus Deus sit: nonne in illud principium vniuersale bonum maximam debemus collocare fiduciam, quod sua, exaudita quasi, vera divinitate sic bene atque firme suas, dum apud nos versatus est, gerere res potuit, ut omnes homines in viam placatae, tranquillae, quietae atque beatae vitae deduxerit, qui quod nostris inimicis parum videtur Deus aeternus, ea est ultima caussa, quod nullum hominem esse falso et impie duxerint, qui possit verus Deus esse? An ille dogma, ut prudentes et tota nostra ecclesia, sacra scriptura, hortatrice, faciunt, rationibus defenderet, quod et a falsis initiis profectum, verum non esse potest, et, si, quod tamen est *adūratōv*, verum esset, nihil afferret, quo iucundius, id est,

feli-